

h. e. corporalis formis carnis. oculi. atq.  
auribus exhibetur. Illa in eternum  
beatificant liberatos. h. e. in spiri-  
tus uisitat liberandos. Sed in illa dicit  
a suis dilectoribus non recedit. Sed  
hanc. it. et recedit. h. e. inquit locat  
suis uobis. apud uos manens. utiq.  
presentia corporali qua cum illis uisi-  
bilis loquebatur. Paracletus autem  
inquit spiritus sanctus quem mittit pater in no-  
mine meo. ille uos docebit omnia. et com-  
morabit uos omnia quae cum dixero  
uobis. Numquid non dicit filius et docet  
spiritus sanctus dicit filio uerba capiam.  
Docente autem spiritu sancto eadem uerba in-  
tellegamus. quasi dicit filius sine  
spiritu sancto. aut spiritus sanctus doceat sine filio.  
aut uero non et filius doceat. et spiritus  
sanctus dicit. Et cum dicit aliquid dicit et docet.  
trinitas ipsa dicit et docet. Sed quoniam  
trinitas est. oportebat eius singulas  
in similitudine personarum. nos distinxit  
audire. inseparabiliter intelligere.  
audire patre dicente. ubi legitur. Omnis  
dixit ad me. filius meus est. Audi et  
dicente. ubi legitur. Omnis qui audiuit  
a patre. et didicit uenit ad me. filium  
uero dicente. modo audistis. De se-  
quente autem. Quia cum dixero uobis.  
quem si et docente uis nosse. magistrum  
recolit. unus est inquit magister uisus christus.  
Spiritus porro sanctus quem modo audistis  
docente ubi dicitur. Ipse uos docebit  
omnia. Audi etiam dicente ubi legitur.  
in acibus apostolorum. beatus petrus dixit.  
spiritus sanctus. uade cum illis quia ego misi  
eos. Omnis igitur et dicit et docet  
trinitas. sed nisi etiam singillatim com-  
mendaretur. ex nullo modo humana  
capere ut cuique posset in similitudine. Cum  
ergo sit omnino inseparabilis. nunquam  
trinitas esse sciretur. si semper in sepa-  
rabiliter diceretur. Nam et cum dicitur  
pater. et filium. et spiritum sanctum. non eos

utique dicunt simul. cum ipsi non possint esse  
non simul. Quod uero addidit comemo-  
rabit uos in intellegere debem. eam quod  
iubetur. non obliuisci saluberrimos  
monitos ad quam pertinere. quam os com-  
memoret christus. Pacem inquit relinquo uobis. <sup>pax</sup>  
pacem meam do uobis. hoc est quod legimus  
apud prophetam. pacem super pacem. Pacem  
nobis relinquit uirum. pacem suam nobis  
dabit in fine uenturum. Pacem nobis re-  
linquit in hoc seculo. pacem suam nobis  
dabit in futuro seculo. Pacem nobis relinquit  
inquam manentem. hostem uincim. pacem  
suam nobis dabit. quando sine hoste re-  
grabimus. Pacem relinquit nobis. ut eam  
hinc uice diligamus. pacem suam dabit nobis.  
ubi nunquam distentare possim. Pacem re-  
linquit nobis. ne de oculis nostris in uicem  
uideam. Cum in hoc sumus mundo.  
pacem suam dabit nobis. cum manifestabit  
cogitationes cordis. et tunc laus erit uni-  
cuique ad deum. In illo tam atque ab illo nobis  
est pax. siue quam nobis relinquit uirum  
ad patrem. siue quam nobis dabit nos  
pater ad patrem. Quid autem nobis  
relinquit ascendens a nobis. nisi seipsum dum  
recedit a nobis. Ipse enim est pax nostra. qui se  
utraq; unum. Pax ergo ipse nobis est.  
et cum credimus quia est. et cum uidebimur  
cum sic ut est. Sicut quia diuisimus  
in corpore corruptibilis. quod grauat  
animam. Cum perfidem ambulamus.  
non per speciem. non deserit peregrinantes  
a se. quanto magis cum ad ipsam speciem  
uenerim nos implebit existit. Sed quod est  
quod ubi ait. Pacem relinquo uobis. nam dicit  
mea. ubi uero ait. do uobis. ubi dixit  
Utrum subaudiendum est mea. et ubi dic-  
tum non est. quia postea dicitur est. et po-  
test referri ad utrumque etiam quod semel dic-  
tum est. An forte et hic aliquid latet quod  
petendum est. et querendum. et quod pul-  
sanibus aperiri debet. Quid si enim pacem  
suam eam uoluit intelligi quale sit ipse